

## LXXVI

Lunes 28 de febrero de 1026.

[f. 52 vto.] EN PUENTE CERCA SANT FAGUND

In Dei nomine. Ego Eugenia placuit mihi pro expontanea mea voluntate et vindivi tibi Iohannes abbatе et ecclesia Sancta Iuliana propria mea terra que est auditio de Bila Quintiliani, locum que dicen Colinella iusta terminu de Sancti Facundi et de atia pars filios de Citi Onnaz, et in alia parte de neptis Quirini el fige ad terminu de filios de Iohannes Sonnaz, et usque in monte. Intra ipsis terminis sic vendivit e'go Eugenia ad tibi Iohann'es abba ipsa terra integra, et accepit ego Eugenia pretio de tibi Iohannes abba pro ipsa terra id est bobe albo pro suo colore et cibaria in sub uno pretio XII marcos ad precio de civaria, ipso precio que mihi pertinet, Eugenia bene complacuit, et afirmamus inter nos mercatum vel negotium iusta firmissimum et stabile usque in finem seculi, et sic omine, ego Eugenia aut filiis meis aut eredes meis aut quislibet homo vel asertoris de subrogata que persona qui ad tibi Iohannes aut pars ecclesia Sancta Iuliana per ipsas terras in iuditio petire voluerit, vel ad indicio compulsaverit, et ego Eugenia aut pars mea si non fuerimus ipsa terra in iuditio autorigare vel vindicare post parte de tibi Iohannes abba vel de regule Sancte Iuliane, quomodo ego Eugenia aut pars mea pariemus ad parte de tibi Iohannes appa vel de regule Sancte Iuliane ipsa terra et ipso pretio duplatu vel triplatu cum solidos XXX.<sup>a</sup> et ad Comite alias L.<sup>a</sup> solidos parie ipse homine diabolicus qui scriptura ista intrumpere quesierit, et post hec nemine rumpatur. Facta scriptura ista die II.<sup>a</sup> feria, II.<sup>o</sup> kalendas marcas, era M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>, Rex Adefonsus in Legione, et Comite Garseani in Castella. Ego Eugenia vindictionis istius que feci legente audivi manu mea + roboravi coram testes.

## LXXVII

Viernes (?) 9 de septiembre de 1025.

[f. 53.]

EN CAOBRECES

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, licet indignum timore compunctum, ego Petrus qui sum dive memorie parentorum nostrorum, patre meo Braolio et matre mea Godina, et ego Petrus pactum vel testamentum tradictionis facio Deo et regula Sancta Iuliana et ad tibi Iohannes abbati diem iuditii timendo portas inferni evadendo et paradisi introiendo, ut pro remedio anime mee et de abiis vel de parentibus meis, ut tradare vel concedere ad ipsis locis sanctis mea ancilla nomine Gotina cum suas filias Fanni et Albaro cum suo ieculio et sua hereditate infra terminos de villa Caoprices, tam de suo laborato quam et de suo comparato, trado atque concedo ubi illo potueritis invenire et illa portione de ipsa hereditate que habet sua ierama Iusta ibidem confirmo, sicut in nostro testamento resonat, ut nullus sit homo qui ex inde ad laycale parte reducere presumat, sed data vel confirmata ipsa Gotina cum filiis suis et sua portione in omni rem vel sua hereditate de Iusta, que in nostro testamento resonat et de odie die ipsa Gotina et filiis suit de meo iure, qui mihi Petru vel de filiis et de heredibus meis fiat soluta et exita et post iure ecclesie Sancte Iuliane vel fratribus earum fiat missa et data vel confirmata, ut ego Petru vel parentibus meis, inde ante Deum mercis perveniat. Et vobis Iohannes abbatе et ecclesie Sancte Iuliane abeatis confirmationem de ipsa muliere cum filiis et hereditate que superius resonat per vel testum et scripture vel testamenti ipsius usque in finem seculi. Si quis tamen quod fieri minime credo, venerit a disrumpendum aut ego Petru aut filii mei aut heredibus meis aut proienie mea, aut regia vel potestas, aut homine potentissimus, qui hunc factum meum a disrumpendum venerit, in primis descendat super eum ira Dei Omnipotentis, et excommunicatus permaneat ad fidem Christi, et cum Iuda traditore habeat parte in eterna damnatione et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus qui talia comiserit post parte ipsius regule Sancte Iuliane auri libras V.<sup>e</sup>

et post parte Imperatoris tertie alias auri libras V.<sup>o</sup> et scriptura testamenti istius firmis permaneat. Factum testamentum istud die VI feria, V idus septembbris, era M.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>, regnante Rex Adfonsus in Legione et Comite Garseani in Castella et in Asturias, et ego Petru in hoc testamento isto qui iussit facere et legenter audivi et manu mea + roboravi, Iohannes Roderico hic testes sumus et manus nostras ++ roboravimus, Benoralistar, et Roderico Nunniz, et Annaya Lobatonis, et Annaya Sauariquiz et Nunno Albariz, in nostras presentias, presentes fuimus et confirmamus manus nostras ++ roboravimus, Iohannes scripsit.

En el año 1025 el día 9 de septiembre fué jueves (feria V), y no viernes, como dice el documento. En el año 1026 se verificó que el día 9 de septiembre fué viernes; puede, pues, creerse que se olvidó la transcripción de una I en la era.

## LXXVIII

Jueves (?) 9 de febrero de 1025.

[f. 54.]

### EN IGOLLO

Sub Christi nomine individue Trinitatis, omnibus episcopis, vel abbatibus, presbiteris et diaconibus, clericis atque omni populo christiano fidelissimo, Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ego quidem Donna Eylo, licet indigna, timore compuncto, diem iuditii timendo et ianuam paradisi introyendo, sic per me quam et de viro meo Velliti Monioz, pactum vel testamentum tradictionis facio ad Deo et ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi Iohannis de illas casas, que sunt villa Egollo de Camargo, casas, curtes, sive cupas, torcularia, sive terras et hereditates cum omni pomifera, que comparavimus de Obiego Monioz, vel que edificare potuimus per terminu de neptis Çeçii, et per illa carrera antiqua, que discurrit ad villa Egollo, et per terminu de mere de omnes de Egollo et per via que discurrit ad monte et ad ripas, et terminu de Nunno et per coba maiore, et illa penna de Miratorio et revertit ad terminu de neptis Çeçii et pumare cum suo terrefundus et per terminu de omnes de Egollo, et terminu de Nunno et terminu de Sancta Cruz. Et terminu

40

5

10

15

de Cieço et per illa via et terminu de Ulalio et clude illa fonte cum suos felgarios, et est in loco ubi dicent Caudelio, et alio pumare in mere de Coto, ubi dicent Felgario, per terminu de Citi Martiniz et de Donna Iuliana cum suos salices vel sepes, et molino in rivo de Vezaniella, vel ubi potueritis invenire de ipsa hereditate, tunc abeatis illo firmiter post parte de regula Sancta Iuliana ut nullus sit homo qui ad laicale parte reducere presumat. Si quis tamen aliquis homo ex proienie mea vel estranea, qui hunc testamentu vel scriptura ista disrumpere voluerit, in primis ira Dei Omnipotens descendat super eum et excommunicatus permaneat de fide Christi, et pro temporali pena pariet ipse homo diabolicus, qui talia comisserit, post parte de regula Sancta Iuliana ipsa hereditate duplata cum C solidos, et post parte Imperatoris tertie auri libras VI, et scriptura testamenti istius firmis permaneat. Factus et scriptus testamentus iste die V.<sup>a</sup> feria, V.<sup>o</sup> idus februarius, era M. LXIII, et regnante Rex Adfonso in Leone, et Comite Garsea in Castella et in Asturias. Ego Donna Eylo in hoc testamento a me facto legenter audivi et mano mea coram testes + roboravi, Sonna presbiter et Ermegildus hic testes sumus et manus nostras ++ roboravimus, Iohannes et scripsit.

35

La carta LXIV (fol. 46 del *Libro de Regla*) es casi igual a la LXXVIII. En aquella se dice que el 9 de septiembre de 1025 era jueves, como en realidad sucedió; en esta carta LXXVIII se dice que el 9 de febrero de 1025 fué jueves, y no fué así, sino que fué feria III (martes).

## LXXIX

Miércoles (?) 15 de febrero de 1023.

[f. 54 vto.] EN AVILLOS, EN VILLAQUINTILAN,  
E' EN LANES, ET EN POLANCO ET EN BARREDA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris et diaconibus atque omni populo christiano, Deum timentibus et regule sancte consistentibus facimus sicut et facimus Deo et regula Sancta Iuliana Virginis vel quorum reliquie qui ibidem recondite sunt in villa Planes, et a tibi abbati nostro

5

Iohannes tradimus et concedimus nos supradictus Arvidio et Golafara corpus et animas nostras et simul cum nostra facultate, terras et pumares, casas et orreos, torcularia, curtes, cupas, res et animalia, movile e't quan inmovile, lictuaria, et vestimenta, pratis, pascuis, padulibus, silbas vel felgaria, et tota genera arborum, omnibus <sup>10</sup> omnia quantumque visus sumus abere et deinceps ganare potuerimus usque ad minima galina, et cum nostras hereditates in villas prenominas id est in Obilios et in villa Quintilliani, et in Flanes, et in Polanco et in Varrada, vel ubique potueritis invenire des odie firmiter illo obtineatis post parte de regula Sancta Iuliana usque in finem <sup>15</sup> seculi, ut habeatis ex inde fratribus vel monachis tolerationem et nos supradictus Arvidio et Golafara de peccatis nostris remissionem. Si quis tamen, quod fieri minime credo, ego Arvidio aut ego Golafara aut aliquis ex proie nostra aut Regi vel potestas, qui hunc factum nostrum intrumpere quesierit, in primis ira Dei Omnipotens descendat super eum et rufa celestis, et excommunicatus permaneat ad sacro sanctam communionem, et cum Iuda traditore habeat portione in inferno inferiore, ubi nulla est remissione, et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus, qui talia comisserit, post parte regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus intrumpere, duplatum vel <sup>20</sup> triplatum cum solidos C, et post parte Imperatoris tertie pariet auri libras VI, scriptura testamenti istius non rumpetur sed firmis et stabilis permaneat in perpetuum viviturum. Factus vel scriptus est testamentus istius die IV feria, XV kalendas martius, era M. L. X. I, regnante Rex Adfonso in Legione et Comite Garsea Sançis in Ca- <sup>25</sup> stella et in Asturias. Et ego Arvidio et ego Golafara testamentum ipsius, que fieri iussimus et legente audivimus manus nostras + + roboravimus coram testis, Citis et Monioz testes sumus et manus nostras + + roboravimus, Iohannes et scripsit.

El año 1023 comenzó en feria III (martes); el dia 15 de febrero de dicho año <sup>30</sup> no fué feria IV (miércoles), sino feria VI (viernes). Dada la semejanza de los números romanos, transcribiría el amanuense uno por otro.

## LXXX

Sábado 26 de febrero de 1026.

[f. 55.]

## EN ONGAYO

Sub Christi nomine. Ego Citi Petriz in nomine Sancte Trinitatis Pater et Filius et Spiritus Sanctus his audituri estis ut propter remedio anime mee sive de uxor mea Arvidio, ego Citi Petriz pactum vel testamentum traditionis fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi abbate meo Iohannes, diem iudicii timendo, portas inferni <sup>5</sup> evadendo, et paradisi introiendo, proinde tradidit ego Citi vel concedit ad ipso loco, casas, orreos, cupas, terras, pumares, vineas, vel totis fructibus ipsa medietate, que ego Citi comparavi de Çieço et de Golafara integra in villa Ongayo, ubi ipsa ecclesia Sancti Christofori fundata est in villa Roçatiellas, et alias comparationes ibidem <sup>10</sup> in Ongayo, sive de Cieço et de Golafara, quomodo de aliorum hominum ipsas comparationes et ipsa medietate de Cieço et de Golafara ad omni integritate, in terras, pumares, edificio, felgarios, in montibus, in fontibus, in aquis aquarum vel in sedicas molinarum, in cultum quam etiam et indiscretum, cum auditum ingressum vel regressionis sue abeat et teneatis ipsa ereditate in nomine Sancte Iuliane per hac scriptura testamenti usque in finem seculi. Si quis tamen ego Citi Petriz aut filii meis, aut heredibus de ipsas comparationes aut propinquis hac extraneis aut quibuslibet homo qui hunc factum meum intrumpere vel evacuare temptaverit in primis ira Dei Omnipotens descendat super eum et discomunicatus fiat ad corpus et sanguinis Domini nostri Iesu Christi, et cum Iuda traditore habeat parte habeat parte (*sic*), in eterna damnatione, et pro dapna secularia pariet ipse homine diabolicus, qui talia comiserit, voluerit, pariet post parte regula Sancta Iuliana vel servientibus sanctorum eius <sup>15</sup> pariet auri libras VI, et pos parte Comitis pariet alias libras VI, ipse omne, qui scripturam istam intrumpere quesierit, et post nemine rumpatur. Facta scriptura testamenti sub die et tempore quod erit die sabbato, IIII kalendas marcas, era M. L. XIII, regnante Adefonsus Rex in Legione, Comite Garseani in Castella, et ego Citi Petriz in <sup>20</sup> <sup>25</sup> <sup>30</sup>

hac testamentum iuris ecclesia que feci volui legenter audivi manu mea + roboravi coram testes, Albaro et Iohannes hic testes sumus manus nostras + + roboravimus. Nos filii qui sumus Arderico et Petrus et Gondisalvo et Albaro, et Ozizia et Goma factum patre nostro confirmamus et totus in uno + roboravimus. Annaya et 35 Pascuale et Gondisalvo et Albaro preses (*¿presentes?*) fuimus, et in uno + roboravimus, Ermigildo scripsit.

## LXXXI

*Viernes 10 de mayo de 1062.*

[f. 56.] MUGER OBEDIENCIARIA POR DELITO

Die VI.<sup>a</sup> feria, VI idus magias, era M. C. in corum concilio de Pelagus ante Feles Reveliz, qui est maiorinu de Nunno Albaris, et ante Petru iudex et Gundisalvo sayone, et in presentia de Didaco Gundisalviz, et de Nunno Roderici, et de Martino Salvatoris, et de Petru Donniz, et de Gundisalvo Vincentiz, et de Citi Petriz, et de 5 E'cta Adfonso, et de Flabio Flaginiz et de Petrus abba de Sancti Petri, et ante omnes presentes de ipso concilio vel aliorum bonorum hominum plurimum de concilio, ego Feles Petru et Gundisalvo facimus tibi Felix cautu cautione vel securitatis de mulier nomine Gatea quia sic te miscuisti tu Gatea cum viro fur, et non cognovisti eum 10 et non manifestasti tu Gatea tale factu, et pro inde venit ego Gatea ad manifestu et non abuit unde paria ego Gatea CCC solidos pro tale facto, et mitto capud meum in usu servile, et tu Felix presbiter ad recolendum ista mulier dedisti nobis Feles et Petru et sayone Gundisalvo II lienzos lineos albos inter ambos abente XXXIII cubitos. 15 Et nos iam dictus facimus tibi Felix presbiter cautu de ipsa mulier, que si des odie die die vel tempore ante aliqua potestate, si voce de iuditio suscitarimus super te Felix, aut super pars tue, et ego Feles et Petru et Gundisalvo vel pars mee non valuerimus tibi Felix vel pars tue octorificare vel in concilio vindicare, quomodo pariemus 20 tibi Felix vel pars tua ipsa mulier cum ipsis solidos duplatu vel triplatu, et ad Imperatoris tertie auri libras VII. Et ego Gatea mitto

caput meum in iussione vel in servicio de tibi Felix, et de regula Sancta Iuliana. Et ego Gatea, si exiro de iure Sancta Iuliana in diebus vite mee, quomodo paria yo Gatea ad pars regula ipsius CCC 25 solidos. Ego Feles et Petru et Gundisalvo in hac cautu cautione vel securitatis que fieri voluimus tibi Felix presbiter et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes. Munio et Citi hic testes sumus manus nostras + roboravimus, Sebastianus scripsit.

## LXXXII

*Lunes (?) 30 de enero de 1034.*

[f. 56 vto.] EN ONGAYO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diaconibus, clericis, vel omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus vel regule sancte consistentibus salutem. Amen. Ideo ego Gundisalbiz Sarracinez pactum vel testamentum traditionis facio, sicut et fecit ad regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et ad abbate Iohannes, Deum timendo et paradisi introiendo, sic trado atque concedo e'go Gundisalvo ad ipsa regula Sancta Iuliana, et ad tibi Iohannes abbe, terra cum sua pomifera et cum suas salices vel glandiferos vel alia arbusta, que include ipsa terra et ipsa pomifera. Et est ipsa terra et ipsa 10 pomifera en villa Ongayo, in illa flausa de Donno Sarracino per duabus partibus terminos de filios de Dopno Sarracino, III termino de Felix Obequizi, et IIII termino illa via vel itinere que discurre per ad villa Ongayo. Intra ipsos terminos iam dictos sic trado vel concedo ego Gundisalvo medietate in ipsa terra cum sua pomifera et cum 15 suos salices et glandiferos ad ipsa regula Sancta Iuliana, et ad cultores earum ipsa medietate ab omni integritate, ut vos abeatis inde toleratione, et ego Gundisalvo ante Deum de peccatis meis remissionem. Si quis tamen ego Gundisalvo, aut filiis meis, aut iermanis vel eredibus meis, aut gens de genere meo vel gotorum, aut romanorum, omnium qui hunc factum nostrum intrumpere voluerit et ad ipsa regula Sancta Iuliana aliiquid de ipso, quod supra scriptum est,

inde auferre quisierit, in primis ira Dei Omnipotens descendat super eum, et rufa celestis et excommunicatus permaneat a fide Christi et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione. Amen. Et pro 25 dampna secularia inferat vel pariet ipse homine diabolicus usque ad disrumpendum venerit ad ipsa regula Sancta Iuliana et ad cultores earum parie auri libras II, et ipso quod suprascriptum est duplatum, et post parte fiscalis tertie alii tantum quoactus exolvat, et scriptum ista non rumpetur, sed firmis fiat. Facta scriptura ista die II.<sup>a</sup> feria, 30 III kalendas februarius, era M. L. XXII, imperante Rex Sancio in Castella et in Asturias vel in cunctis ppterisue (?) et ego Gundisalvo in hanc pactum vel testamentum traditionis que fecit ad regula Sancta Iuliana et ad tibi Iohannes abbate volui et legenter audivi manu mea + roboravi coram testes. Ego Quintiliano et ego Tellu 35 quod legenter audivimus hic testes sumus manus nostras + + roboravimus et in presentia hic roboravunt, Citi Patirnez et Gundisalvo Randolfeci, et Annaya Montanezi manus nostras + + confirmavimus, Rodemirus scripsit mano mea fecit.

Se dice en esta carta del año 1034 que el día 30 de enero fué lunes. Como 40 dicho año comenzó por martes, se ve que el día 29 también sería martes y el día 30 miércoles. Para que fuera lunes el día 30, el año debería haber comenzado en domingo, y ninguno de los años (1028 a 1035) que fué señor de Castilla D. Sancho de Navarra comenzó por domingo.

## LXXXIII

Miércoles 21 de mayo de 1046, 1057?

[f. 57.]

## CHABIETA

Sub Christi nomine. Ego Roderico Vermudez et uxor mea Anderquina vobis Petro abbe et ad regula Sancta Iuliana pro bona nostra placentia commutamus vel concambiamus terras per terras, dedit ego Roderico Vermudiz et uxor mea Inderquina ad vobis Petru abbas et ad regula Sancta Iuliana que sunt ipsas terras in villa pre- 5 nominata Chaebeta in loco qui nuncupatur Sancti Salvatoris de Cebberno, terras, pumares in exitus vel ingressus, in aquis aquarum

vel in sedicas molinarum, tam etiam incultum quam indiscutum, cum suis terminis, qui distinxerint per illa carrera antiqua ad illa pilila et per illum regatum, que habent vel cum casas de Anaya Didaz ad 10 illos sotos et per illas foyas et per somo illo quetu et pro illo vado de Citi Didaz so casa et per illa itinera antiqua non habeat nullum hominem..... vel ubi potueritis invenire medietate ab omni integritate, et ego Petru abbas dedit vobis Roderico et uxor vestra Enderquina alias terras cum sua pomifera in villa Campo Lanzano, que 15 inter nobis bene complacuit. Et affirmavimus inter nos negotium emptionis stabile per semper. Si quis tamen ego Roderico et uxor mea Enderquina aut filiis aut heredibus meis aut alia potestas aut gens de genere meo vel gotorum aut romanorum, qui hunc factum nostrum intrumpere voluerit, et ad ipsa regula Sancta Iuliana aliquid 20 de ipso, qui suprascripta est, inde auferre requisierit in primis ira Dei Omnipotens descendat super eum et rufa celestis et excommunicatus permaneat a fide Christi et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione, et pro dampna secularia inferat vel pariet ipse homine diabolicus qui ad disrumpendum venerit ad ipsa regula 25 Sancta Iuliana et ad cultores earum pariet auri libras IIII, et ipso quod suprascriptum est duplatum, et post parte fiscalis tertie alii tantum quoactus exolvat, et scriptura ista non rumpetur sed firmis fiat. Facta scriptura ista die IIII feria, XII kalendas iunias, era M. L. X. IIII, imperante Rex Fredenando. Ego Roderico Vermudiz et uxor mea 30 Enderquina in hanc scriptura ista que fecimus vobis Petro abbas Sancta Iuliana voluimus et legenter audivimus manus nostras + + roboramus, coram testes Citi et Velliti hic testes sumus manus nostras + + roboramus, Sauastianus scripsit.

Reinaba, según dice la carta, D. Fernando, y el día 21 de mayo del año 1026 35 era miércoles. Ni en este año 1026 reinaba D. Fernando, ni el día 21 era miércoles, sino sábado.

La carta debe de ser del año 1046 ó 1057, en los cuales el 21 de mayo fué miércoles.

## LXXXIV

Lunes 1.<sup>o</sup> de diciembre de 996.

[f. 58.] EN BÁRCENA  
DONACIÓN DEL CONDE DON SANCHO, SEÑOR DE CASTILLA,  
FUNDADOR DE OÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, clericis atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus vel in regule sancte consistentibus. Ego Sancio comite pro bona mea voluntate et propter remedium anime mee facit pactum vel testamentum traditionis, ad Deum et ad regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa que dicitur Planes, et ad tibi abbati meo Indulfo vel a fratribus tuis tradit at que concedit. Dabo ipso solare de Iohannes Robra que est in villa que dicunt Varzena cum omnia sua hereditate de monte in fonte vel actibus suis ab omni integritate traditit atque concedit illo ad ipsis locis sanctis ad redimendo peccatis meis, et de parentibus meis pro diem iuditii timendo et penas inferni evadendo et portas paradisum introyendo, ut ipsa regula Sancta Iuliana, et ad tibi Indulfo abbas, et fratribus tuis abeatis inde obsequio vel toleratione. Et ego Sancio Comite de peccatis meis ante Deum remissionem. Amen. Si quis tamen de hodie vel tempore aliquis homo diabolicus aut superbus qui testamentum istum inrumpere quesierit aut ipsa regula Sancta Iuliana ipso solare aut suas ereditates foras mittere voluerit, in primis descendat super cum ira Dei Omnipotentis et rufea celestis et in finem non accipiat comunione, sed cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione. Amen. Et insuper pariet ad ipsa regula Sancta Iuliana, et ad tibi Indulfo abba, vel a fratribus tuis ipso solare cum suas hereditatis duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras V, et ad Imperatoris tertie vel pariet alias auri libras VII et firmis fiat. Facta scriptura ista die II.<sup>a</sup> feria, ipsas kalendas decembris, era M.<sup>a</sup> XXX.<sup>a</sup> IIII, sub Rex Adefonsus. Ego Comite Sancio et Garsea Martiniz in huius testamentum quod fecit ad regula Sancta

Iuliana et ad tibi Indulfo abbate et a fratribus tuis, et legenter audit et manu mea + + roboravit coram testis. Iohannes Petrus hic testes sumus manus nostras + + roboramus, Petrus scripsit. 30

Dice la carta que el dia 1.<sup>o</sup> de diciembre del año bisiesto 996 fué lunes. Este año comenzó en feria IV (miércoles); si el dia de aumento en el año, por ser bisiesto, se agrega al fin de diciembre, y no en febrero, como hoy se practica, resulta bien la feria lunes para 1.<sup>o</sup> de diciembre. Según puede verse en la nota A, creemos que así se arreglaban los años bisiestos en aquel siglo. 35

## LXXXV

Miércoles 2 de abril de 1057.

[f. 58 vto.] RETORTILLO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ideo ego Nunno Albariz una cum coniuge mea Donna Tarasia pactum testamentum vel traditionis facimus ad Deo et ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi abbati nostro Petro vel ad cultores earum, diem iuditii timendo et penas inferno evadendo et paradisi introyendo, tradimus ad ipsa regula Sancta nostras divisas cum solares et prestationibus suis in villas prenominatas in Rio Tortillo nostra divisa et nostras hereditates in sylbas vel defesas, pratis, in pascuis, padulibus, cum exitus et regressus suos, et Botmiri nostra divisa et nostros solares, et nostras vineas et nostras hereditates ipso qui iam resonat ab omni integritate, et vobis fratres de ipsa regula abeatis inde toleratione et nobis iam dictis Nunno et Tarasia de peccatis nostris ante Deum remissionem. Amen. Si quis vero contra hunc factum nostrum ad disrupendum venire temptare voluerit de propinquis, vel extraneis, vel venerimus aut qui talia comiserit, in primis descendat super eum ira Dei et excommunicatus permaneat ad sacramenta Dei et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione. Amen. Et pro temporali pena parie ipse homine diabolicus qui talia commiserit post parte regule ipsius auri libras V.<sup>e</sup> et testamentum istum traditionis stabile abeat

firmitatem, et post parte imperatoris tertie alias auri libras quinque vineas. Factum testamentum istum die IIII feria, IIII nonas aprilis, era M.<sup>a</sup> L. X.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>, Fredinandus Rex in Legione.

Según esta carta, el día 2 de abril de 1027 fué miércoles, y reinaba D. Fernando en León. Ni uno ni otro dato son exactos. El año 1057, que resulta de suponer la X con rasgo, y diría: «Era MLX<sup>a</sup>V, o sea año 1057», cumple las condiciones de reinar D. Fernando y de haber sido miércoles el día 2 de abril. Puede creerse que en la primera escritura diría era MLX<sup>a</sup>V, o sea año 1057.

## LXXXVI

*Martes 9 de junio de 1049.*

[f. 59.]

## VILLAVERDE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus et presbiteros, clero atque omni populo christiano fidelissimo, Deum timentibus et in regule sancte consistentibus. Ideo ego Albaro Aspidiz pactum testamentum vel traditionis facimus sicut et fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana trado atque concedo anima mea et corpus meum ad mea Donna Sancta Iuliana, et Sancti Petri et Pauli et abbati meo Petro et (*quizá e'o*) Albaro trado quinta de mea hereditate et de meo ganato, trado meo solare cum suas casas iusta arrogio Sancti Petri, qui est iusta Villa-Verde ipso solare iusta solare de Nunno Albaris, et alia pars de Ratera Aspidiz, alio solare iusta solare de Ratero con illa media divisa de mea madre, eo Albaro trado illa terra qui est iusta terra de filios de Gutierre Gundsalvez, ex alia pars de Stephano et alia terra de Euera, ex alia pars de Ribayotla, et tertia terra que est iusta terra de Seguto, ex alia pars via que discurre ubique de ipsa terra illa mea, et quarta terra iusta terra de mihi Alvaro, ex alia pars via que discurre ubique, et una vinea que est in territorio de Autero de Pera iusta vinea de Petro Alvariz, et alia vinea que est in territorio de Villaverde iusta vinea de Pedro Albariz de ipsa vinea ipsa media, et uno orto cum terrefundus, qui est iusta ortu de Ratera Sarraciniz, et una vice in illo molino pesquera Octo Didaz quando die quando nocte, et duas

equas bayas pro suo colore, una vaca alba et rubia, et alia vinea ubi dicent Valdebantula iusta terra de Rateru. Factum pactum traditionis die III feria, V idus iunias, era M.<sup>a</sup> LXIII.<sup>a</sup>. E'o Albaro in hac testamentum traditionis que feci et legenter audivi de manu mea + robatur coram testis, testis Domno Michael presbiter et Felix Petriz hic testes sumus, manus nostras + + roboravimus scriptura ista, Sebastianus scripsit, et manu mea feci....

El año 1025, de esta carta, comenzó en feria VI (viernes); el día 9 de junio fué miércoles, y no martes, como dice el documento. Vemos el nombre del abad Pedro, y la carta termina con «Sebastianus scripsit», así que creemos este documento de algunos años después (1049), en que era abad Pedro, rey D. Fernando, y subscribe varias cartas Sebastianus.

## LXXXVII

*Sin año.*

[f. 59 vto.]

## EN NAVAMUELLE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteros, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus, et in regule sancte consistentibus. Ideo ego Donna Monia pactum testamentum vel traditionis facio et fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana et ad tibi abbati meo Petro eo Donna Monia Donna pro remedio anime mee et de nepto meo Gutierre trado atque concedo ad ipsa regula Sancta Iuliana, cuius corpus requiescit en Planes, seu tibi Patri Petro abba trado mea divisa cum sua abiacentia et suis prestationibus in loco predicto in Navamuelle quanto in novis apertine de Nunno Gutierrez absque integrum solares tam plantatos quam etiam pro plantare terra et pumares, pratis, paucis, padulibus, silbas, vel defesas, tam cultum quam et indiscultum, et in Leu ipsa divisa, que iam resonat, ab omni integritate ipsa divisa que abui e'go Gutierre de abo meo Nunno Gutierrez et vobis abeatis ex inde toleratione vel confirmatione, et nobis de peccatis nostris ante De'um remissionem. Si quis tamen aliquis homo aut proienie nostre aut Comes aut quibuslibet homo.....

Esta escritura queda así, sin concluir.

## LXXXVIII

Domingo 27 de junio de 1030.

[f. 60.] EN PRESENCIA DE LOS INFANÇONES  
DE ASTURIAS CON EL OBISPO DE BURGOS MONIO LERDO,  
LIBRES LAS IGLESIAS DE SANTILLANA

In presentia de Citi Guntizalvez et de Petro Guntsalvez, et de Ecta Rodriz et de Guntsalvo Citiz, et de Guntsalvo Petriz, et de Iusta Citiz, et de Annaya Citiz, et de Didaco Citiz, et de Guntsalvo Monniox, et de Godestio Monniox, et de Alfonso Monniox, hec nominat Infançones de Asturias et de concilio de Sancta Iuliana: de presbiteris nomina Sauarigo E'ctaz, Felix Petriz, Donno Michael et magistro, Donno Michael magistro, Rodemirus, Donno Vermudus, Petrus Londiniz magistri, et aliorum bonorum omnium de concilio de Camesa, vel de Sancta Iuliana salutem. Amen. Ego Monnio Lerdo, qui sum episcopus burgensis sedis Sancte Marie Matris Domini, pactum vel convenientia pro foro que facio ad Sancta Iuliana in qua-  
cumque loco ecclesia fuerit de Sancta Iuliana in quanto tempore ipsas ecclesias renovatas fuerint, usquequo veniant ad conservandum, non inquirat de eas tertia episcopus burgensis, nec censum de omnes ecclesias, tam de aquisitas, quam eas que sunt pro adquirere, nullum premium habeant vel presumptionem a nullo episcopo, sed episcopus, qui eos dedicaverit, mercedem accipiat de Deo, aut pretio, si ille voluerit, et de odie die vel tempore in quacumque loco ecclesias potuerimus ganare abbates vel clerici Sancte Iuliane ab episcopo burgensis nulla detur tercia neque nullum censum, nec nullo foro. Facta carta vel convenientia die quod erit dominico, V.<sup>o</sup> kalendas iulii, era M.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> VIII. Sancius Rex regnante in Castella, filius Fredinandus Rex et Regina Sancia. Et ego Monnio Lerdo episcopus burgensis sedis in hoc caustum vel testamentum quod feci volui legendo audivi manum meam + roboravi coram testes, Gutierre Monniox et Ecta Annayaz + + roboravimus, Petro Citez de la Aquera + confirmat Iohannes.

Esta carta, fechada el dia 27 de junio del año 1030, cree el P. Flórez (*España Sagrada*, tomo XXVI, pág. 181) que debe ser del año siguiente, 1031, pues en este año, y no en 1030, ocurrió el dia 27 de junio en domingo. Se dice en la carta que reinaba en Castilla D. Sancho, y se agrega «filius Fredinandus Rex et Regina Sancia». Es indudable que quiere decir que era rey D. Sancho *el Mayor*, y que con él compartía el reinado su hijo D. Fernando (primero), casado con D.<sup>a</sup> Sancha. No puede interpretarse que reinaba Sancho II (hijo de D. Fernando y de D. Sancha), pues el obispo Munio Lerdo, de Burgos, vivía en el año 1030..... y no en los años 1065-1072, en que reinó D. Sancho II. Desde el año 1065 era obispo de Burgos Simón (primero), y desde 1066 hasta 1082 lo fué Simón (segundo). (Flórez, *España Sagrada*, tomo XXVI).

El único año en que fué domingo el dia 27 de junio reinando Sancho II fué el 1070, y ya hemos visto que en este año era obispo Simón (segundo). Esta escritura del *Libro de Regla* fué publicada por el P. Sota (*Crónica*, páginas 1645 y 1646).

## LXXXIX

Sin año.

[f. 60 vto.] EN CABEZÓN

Sub Christi nomine. Ego Petrus Ferrada et uxor mea Iuliana Sebastianes pro expontanea mea voluntate trado Deo et ad regula Sancte Iuliane, et vobis abbati Sancte Iuliane Donno Gonçalvo, et seniores qui ibi serviunt. In primis trado mea hereditate quam habeo en alfoce de Cabeçone loco certissimo conceieu per terminu de Gonçalvo, II terminu de solar de Iohannes Salnerii, III.<sup>o</sup> terminu per solar de filios de Petro Sancies, IIII.<sup>o</sup> terminu per solar de la Condesa. Infra ipsos quatro terminos ipsa terra ab omni integritate et trado illa alia terra in Carreio cum tectis et cum quanto ibi est, et quanta hereditate parentorum nostrorum vel ganavero, pumares, exitus, regressitus in Cabeçon totum trado ad Santa Illana, cum foro quod ego filii, et generatione abeamus pro hereditate, et sedeat qui ibi fuerit homo de Sancta Iuliana, et in festivitate Sancte Iuliane det IIII fogações, et uno tocino. Et abbas de Sancta Iuliana teneat illum cum bien fer cum prestamo et caballo. Et si abbas de Sancta Iuliana extraneus fuerit, e't malu illi fecerit sine capitulo et directo, e't no-  
luerit endereçare vadat se sum sua hereditate ubi quisierit.